



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

§. VIII. de impedime[n]to disparitatis cultus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

DE IMPEDIMENTO

disparitatis cultus.

§. VII.

PECCAT mort. Christianus contrahens matrimonium cum infideli pagana, vel catechumena, nondum baptizata: & matrimonium est nullum.

Peccat etiā m. Christianus Catholicus cōtrahens cum hæretica, vel schismatica: matrimonium tamen valet. num. 48. & 49.

Potest cōiux catholicus discēdere à cohabitatione coniugis hæreticæ ad suam hæresim inducentis, non tamen potest cum alia contrahere denuo. nu. 22.

Matrimonium factum vel contractum ab infidelibus contra eorum leges, non valet: & multò minus contractum ab eis contra leges naturales, vt fit quoties cum pluribus quam cum una contrahitur. nu. 48. cap. 22.

Matrimonium contractū inter infideles etiam consummatū diuiditur, si alter convertatur ad fidem: non tamen dirimitur ob solā conuersationem alterius. Nam quamvis conuersus licet posset separari quoad cohabitationē, melius tamen faceret conuiuendo quousque spes esset conuersionis: imo non

Mm 5 potest

§ 4 MATRIMON. X. §. IX.

poteſt cū alia contrahere , niſi quando iñſidelis nolleſt habitare abſque contumelia creatoris, & ſine studio peruerendi , vel inducendi ad mortale. Quod procedit etiā ſi cocontraxerint in gradibus per Eccleſiam prohibitiſ, dūmodo ſecundū leges eorū matrimoniū ſit validū. Si autē iñſidelis antequam fidelis cū alia contrahat, couertatur ad fidē tenetur fidelis illam recipere. cap. 21.n.49.

DE IMPEDIMENTO
criminis vel delicti.

§. IX.

QVANDO poſſit negari debitū propter adulterium vide tit. Matrimon. XIII.
Peccat mort. maritus qui occidit vxorem propriam in adulterio deprehensam. cap. 15 .nu.3.

Non poſteſt maritus accusare adulterii vxorem , quando ipſe etiam adulteratus eſt, nec quando fuit viim paſſa : nec quando probabilitate credebat maritum mortuum: nec quando aliquis ad eam accessit ſub ſpecie mariti : nec quando maritus pribet adulterandi occaſionem, vel tolerat. cap. 16.nu.29.

Occiſo

